Caesar, Gaius Iulius; Glareanus, Henricus Loriti [Oth.]: C. Ivlii Caesaris Commentarii
Friburgi Brisgoiae, 1546 Seite 625



# OBSCVRORVM LOCORVM QVORVNDAM DILIgens interpretatio, quæ a Marliano omissa sunt.

ARar è Trevericis jugis, hodie Eyflia, exortus, hic Rheno miscetur. And. Alt. Arar.

In Vmbilico Insulæ fuisse suspicor Cenimagnos, Segonciacos, Ancalites, Cassos, & Bibrocos, quorum Cæsar meminit, quæ nunc loca colunt Conventrenses, Lecestrenses, Northingamienses, Derbienses, ita divinamus, si modò divinamus. Hæc Polyd. Verg. in Ang. histo.

Allobroges Halliæ Narbonenses populi, nunc Sabaudienses, habēt Lemanum lacum, in quem Rhodanus ingreditur, ac rursum egreditur, teste Cæsare, in primô de bel. Gall. & Plutarcho in vita Annibalis, nunc Losanensis, & Genuensis dicitur ab adjacentibus Lausana et Genua: aut Gebennæ lacus, propter Gebennam civitatē. Hic lacus Acromius omnium est amœnißimus, multaq; castella, oppida, & vicos habet. And. Alt. Allobroges

Ardvenna silva haud procul abest S. Appollinaris Barytbachium, Daccenfelsa, Subest Bonna urbs vetusta Coloniensis archiepiscopi. Tacitus libro XX, & Ammoniano in XX, memorata. Ex cujus oppositô Gesonia est, quas Drusus cum pontibus junxit, referente Floro libro 4. cap. 12. Ardvenna silva

Aegyd. Tschudi cap. 32. scribit in hæc verba de Alpibus: Cum Rhætiam attigerimus, operæpretium visum



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/caesar1546/0662
gefördert durch Baden-Württemberg